

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioann. Jonstoni|| Historiae Natvralis|| De|| Piscibvs|| Et Cetis|| Libri V||

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLXVII.

VD18 90529014

Additamentvm De Cane Aristotelis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-11089

ADDITAMENTVM

DE

CANE ARISTOTELIS.

Nieremb. H.
N. l. xi. c. 20.

PISCIS, qui hodie Tubero dicitur, Canis Carcharias esse vulgo creditur. At quia ille, quem Franciscus Hernandus describit, exacte descriptioni, quam attulimus, non respondet; ideo placet et hanc apponere. Cetaceus inquit piscis est, ex genere oblongorum, Oceani incolae, quindecim interdum dodrantes longus, voracissimus, cursu velox, nec omnino stupidus, et bina humana corpora saepenumero crassus; ore quod rostro unciarum decem intervallo subjacet, lunato, vallatoque superne trino dentium praeacutorum, ac sese mutuo serrae modo subintrantium, ac quaterno inferne binum dodrantum rictu, et branchiis utrimque quinque: rostro ranae obrotundo, pinnis singulis utrimque juxta branchias, totidem juxta pudenda, juxta caudam unica altera omnium maxima imminente dorso statim a branchiis, alteraque juxta caudam modica, a contrario alterius parvae; sed in oppositam partem vergente cauda magna, crassa, falcataque, et superna parte triplo aut quadruplo longiore atque latiore, et juxta exortum quibusdam parvis cavitatibus insigni: oculis modicis longo inter sese distantibus intervallo: pupilla magna, et sub lutea iride, corio vero ceterorum cartilagineorum, cum sese tendit, nullis ictibus penetrabili: dorso ac lateribus caeruleis exfaturatis, ac ventre candenti. Mirum est, bina pendere mari, ossa pudenda, cava, alba, dodrantem longa, et ternis singula, glandis loco, longiusculis noxia acuminibus, quibus novaculae modo facile quid-

vis obvium abscondit. Maleficum animal est, atrox, ac hominum devorator: adeo vivax, ut in perquam tenues etiam divisum apalectos, affixumque veru, ac vitam adhuc videatur mordicus retinere. Mediocre praestat, et quale alii congeneres pisces, dum parvum est alimentum; sed provecius, durum, ingratum, insalubre, et fluxum aliciens. Unicum est illi intestinum, satis amplum; unde tam improba contigit voracitas. Cor parvum subalbidum, laxum, et usque adeo vivax, ut eductum, et in varias partes sectum, diutius conspiciatur moveri, ventriculisque distinctum. Stomachus vastus est, hepar candens, in duas partium taenias, quatuor dodrantes longas, ac decem uncias laticas divisum. Splen vero jecinoris longitudine, sed duas tantum uncias longus.

Caeterum solent circa tuberones pisciculi quidam natate Romeri dicti, de quibus ita Hernandus. Piscis est spinosus, Oceani Septemtrionalis alumnus, dodrantem plus minus longus, tres uncias crassus, corio tectus molli et paene teres. Lunata constat cauda, et rostro refimo atque compresso, oculis magnis, si magnitudini corporis comparentur, pupilla nigra ac lutea iride. Senis natat pinnis, quarum altera medio paene dorso in caudam usque procedit, sensim sese attenuans, et a quibusdam praeacutis spinulis fumens exordium: altera a pudendo paene ipso in caudam fere descendit, utrimque a branchiis singulae, binaeque paulo ante initium ventris.

Nieremb. H.
N. l. xi. c. 19.

Ff

Color

Color universi ex albo in caeruleum tendit, quamquam dorsum caputque cyaneo exsaturato videantur nitere, universumque corpus fœnis pavonini coloris in transversim discurrentibus orbibus ambiatur. Extrema corporis caudam contingentis quadrata sunt, et quaternis veluti dorsis distincta, quarum bina, quae in latera excurrunt, desinunt in acumen. Caudae initium pavonino exsaturato splendore micant mediae utrimque partem, dilutiores sunt sequentes exsaturatae, ac demum postremae candidae.

De Glauco Aeliani.

Nieremb. H.
N. l. 11. c. 21.

Ad Glaucum Aeliani videtur referri debere, et hic quem Clusius exenteratum et resiccatum ita describit. Erat, inquit, corpore longo, trium fere pedum longitudinem explente, coloris (resiccatum enim et exenteratum dumtaxat conspiciebam) ex cineraceo fulci, in quo tamen quidam candor, praesertim in tergore, adhuc elucebat: vivum enim et recenter captum argentei paene coloris fuisse intelligebam. Medii corporis ambitus pedis, hoc est, duodecim unciarum longitudinem aequabat.

Cartilagineus vero erat, et laevi cute praeditus; rostro lato, sed in obtusum deinde acumen desinente. Oculi magni erant, e quorum infima parte enata erat membrana, quae sursum sese attollens, velut nubes caliginem illis offunderet.

Oris rictus non valde latus, in supina capitis parte maxillas in obtusum angulum desinentes habebat, fere ut simiae: quaternis autem dentibus os praeditum erat, binis in superiore maxilla, totidem in inferiore: iisque firmis, quorum singuli quibusdam sulcis erant distincti, ut pluribus dentibus armatum os esse videretur. Corpus a cervice sensim gracilescit: spina sive aculeo in ea parte, qua dorsum cervici connectebatur, sito, eoque sex

uncias longo, infima parte lato et cavo superna autem valde acuto. Pinna surrecta innitebatur quatuor paene uncias longa. Binas dumtaxat in lateribus branchias valde apertas observabam, utrimque videlicet unam, cum aliorum galeorum genera denas habeant, in singulis lateribus quinas.

Has sequebantur duae pinnae ad natandum idoneae, longiores quam in ullo galeorum genere conspexerim, novem videlicet unciarum longitudinem aequantes. Binas alas habebat ex utraque podicis parte, quatuor uncias longas, illaque bifidas, hominumne industria sic fissas, an a natura, nihil pronunciaré possum.

Alia deinde pinna in dorso paulo infra eam, quae ad aculeum erat, exoriebatur, ad extremam fere caudam usque inaequaliter porrecta, hoc est, ad eam usque caudae partem, quae tenuissima, et septem uncias longa, muris caudam quodammodo aemulabatur. Podici, qui in supina parte, ut in reliquis piscibus, fitus, vicina apparebant bina foramina, in quem usum, ignoro.

Capitis porro cutis siccitate adeo erat contracta, ut nulla circa oculos, nulla ante eos, foramina observare potuerim.

De Pisce Gibbo.


Nieremb. H.
N. l. 11. c. 25.

Huic similis est *Acacana*, qui est dodrantalis piscis, insignis prolixitate inferioris labri, et eminens

tia gibba, quae a capitis exordio usque ad os, quod perexiguum est, arcuato descendit flexu.

Dor-

XIX



Cete admirabilis forme.


Tab. XLV.



5 *Galei genus.*




Orbis spinosa.




Histris pisces.



Orbis Rama nitu.



Pisus triangularis.




Sargus Crani.




Orbis oblongus *tortudinis Capite.*

Sargus Alabrou.




Albula nobilis




Albula.

2



Asellus Virgescens.

3




Asellus Varius

4



Cataphractus.

5



Trima Cornuta.

7




Idem supinus.

6





Mustela marina Viūpara.

8



IV. IX. 1767

Alburnus alburnus



Aculeatus marinus Maior

Tab. XLVII




Lupus

marinus Schönfeldij




Lycostomus Balticus.



Scorpius Marinus alter.




Idem Sispimus



Spirinchus.



Siluri vera effigies.





Niere
N.L.

De
lad.
trut.



Dorsum lateraque cyanea sunt, venter ac laterum pars alba, ac praeter duas pinnas, quae circa branchias sunt utrimque, unicam angustam et longam, et aliam parvam, duae aliae visuntur breves, altera a medio ven-

tre, altera vero a dorso in caudam usque procedens.

Squamosus non est, et tamen bono constat alimento. Mare illum ad me milit Australis; etsi quidam referant, in Septentrionali quoque reperiri.

De Ostracione Gesneri.

Wieremb. H.
N. L. I. c. 15.

Ostracioni affinis est *Catan*, qui piscis est quindecim pedes, cum in perfectam magnitudinem adolevit, longus, cortice tectus durissimo, laminis rhomboidis figurae, paucisque contexto, testaceae paene duritiei, nitidis, ac testae ilia elatis, qui vicem loricae praestare posset. Rostrium est praelongum et acutum, serrati dentes, et quaterno ordine dispositi, ac pinnae crassissimae binae juxta branchias, ac juxta caudam unica. Vivit in lacubus aut magnis fluminibus provinciae Panucensis. Salubri constat nutrimento: sed cum parandus est, hic piscis, spoliatur corio. Vivit ex aliorum piscium canumve raptu, homines quoque interdum aggreditur.

Editur vero assus, non coctus aut elixus.

AD LIBRVM V.

De Phoca.

De Laet.
Ind. Occi-
dent. l. 2. c. 6.

Phocatum generis est Wallrus seu Mors, animal amphibium, quod Vorstius apud Delaetium ita describit. Belluam hanc marinam vidi, magnitudine vituli, aut canis Britannici majoris. Phocae non dissimilem: capite rotundo, oculis bovillis, naribus depresso ac patulis, quos modo contrahebat, modo ducebat, aurium loco utrimque foramina; rictu oris rotundo nec ita vasto, superiore parte aut labro mystacem gestabat setis cartilagineis, crassis ac rigidis constantem. Inferior maxilla trigona erat, lingua crassa brevisque, atque os interius dentibus planis utrimque munitum, pedibus anterioribus posterioribusque latis, atque extrema corporis parte Phocam nostratam plane referebat.

ti, non prioribus, cauda plane carebat. Postica parte repebat magis, quam incedebat.

Cute crassa, coreacea, pilisque brevibus ac tenuibus obsita vestiebatur, colore cinereo. Grunntum apri instar edebat, seu crocitabat voce gravi et valida. Repebat per aream extra aquam, quotidie per semihoram aut amplius dolio aqua pleno immittebant, ut se ibi oblectaret. Catulus erat, ut ferebant qui attulerant ex nova Zembla, decem hebdomadarum, dentes seu cornua exerta, ut adultiore, nondum habens, tubercula tamen in superiori labro percipiebantur, unde brevi proditura facile apparebat. Ferum et validum animal calebat ad tactum, valideque per nares spirabat.

Pedes anteriores antrorsum, posteriores retrorsum spectabant, cum ingereretur.

Digiti quinque membrana interserpente distincti, eaque crassa. Posterioribus digitis ungues imposi-

Pulmentarium ex avena, miliove comedeat lente et suctu magis quam deglutiendo, herumque gestantem cibum ac offerentem magno nisu ac grunntu accedebat sequebaturque, nidore ejus allectus.

Ff 2

Lar-

Lardum ejus gustantibus haud indeunt in continentem seu terram, ut suave visum est. fomnum ibi capiant gregatim.

Conspiciebantur ibidem duo majorum capita, dentibus duobus exertis Elephantorum instar, longis ac crassis et albicantibus munita, qui deorsum versus pectus spectabant. Eorum coria cocc. aut lo. pondo pendisse ferebant Angli, qui attulerant.

Hisce dentibus rupes ascendere seque sustinere aiebant. Et pro-

Pabulum aiebant illis esse folia oblonga ac magna, herbae cujusdam e fundo maris nascentis. Nec piscibus vivere, aut carnivorum esse. Vidi ibidem penem ejusdem animalis osseum, rotundum, cubitum et amplius longum, crassum, ponderosum ac solidum, in fine prope glandem longe crassiolem ac rotundiolem. Hujus pulvere ad calculum pellendum Moscovitae utuntur.

Finis Historiae de Piscibus.



De *sensibus* nullum est dubium. Dormire et somniare apud Aristotelem habemus.

genera si excipias. Succum salsum exiguum crudum copiosum habere scripsit Galenus. Flatus parere, elixataque probiora effici, quod humor noxius eluatur, Diphilus. Ova an aliquando in cibo fuerint, dubium.

Galen. l. de boni et mali succi cibis.

Ufus. *Arist. H. A. l. 4. c. 14. Arist. de Gen. l. 1. c. 19.*

Apponebantur olim mensis; et probabantur maxime gravida. Nec nunc a culina exulant, quaedam Polyporum



TITVLVS II.

DE MOLLIBVS IN SPECIE.

CAPVT I.

De Polypo.

Tab. I. r. *Arouand. Exangu. l. 1. c. 2.*

TANTVM de Molluscis in genere sufficiat, jam in specie de iis agemus. Numerantur autem inter ea, *Polypus, Sepia, Loligo*, quibus *Leporem marinum* adijcimus.

ambulandum utiles, quorum medii quatuor habentur maximi, ut bina saepe cubita superent, cum acetabulorum ordine duplici, quibus orbis admovent; reliqui quatuor, duo superne, totidem inferne, minimi. A quibusdam brachia, ab aliis, *Crura, Cirri*, a Plinio barbae, vocantur. Acetabula Aristoteles *πλεκτόνας*, alii *κοτυληθόνας*, Antiphilus Bizantius *ελικας*, Antipater Thetталus *πλοχμές*, Ovidius flagella, dixere, *πρήθμα* a Hesychio et Varino dici, nonnulli credidere, alii id capiti tribuunt. *Dorsum*, Plinius partem laevem appellat, a qua acetabulorum ordo inchoatur. *Cervicem*, habet imbecillam, cum premitur. *Pinnulam* ipsi angustam, de medio ortam, quod parvum habeat alveum, quem pedibus suis dirigere possit, Aristoteles tribuit. Plinius ob eandem causam, habere negat. Tam esse exiguum, ut minime aut vix conspici possit, experientia didicimus. *Fistula* ipsi in dorso, cava, qua mare transmittit: eamque modo in dextram partem, modo in sinistram transfert. *Rostrum* Psittaci, si Scaligero et Bellonio, fides. *Cutis* nulla, quamvis Bellonius pedes cute contegi reliquerit. *Caro* alba, cavernosa, meatuumque plena, quod apud Galenum et Plutarchum legimus.

Arist. de part. l. 4. c. 9.

Nomen.

Polypus, qui pro ratione Dialectorum, *πολύπους, πάλύπους, πέλυπος, πόλυπος*, et *πόλυψ* vocatur, a multitudine pedum, nomen fortitus est. Antiphylus Byzantius in quodam Epigrammate *πελυπόδη* dixit. Lacones *ἀνόσειον*, alii *όνον*, seu asinum marinum, infumae aetatis Graeci Octapodia, seu Octapodos vocaverunt.

Descriptio.

Descriptionem quod attinet, *Ventrem* tum figura tum tactu, cum *Sepiis* similem habere, stomachum nimirum five gulam ab ore praelongam, quam ingluvies excipit; tum ventrem conjungi, ac intestinum simplex ventri annecti, et usque ad exitum tendere, Aristoteles prodidit. *Cerebrum* in dissecto duplex conspici, citat ex Aristotele Athenaeus, qui et *atramentum* ejus subrufum esse, et in vesica, quam *μήκων* vocant, quoque supra ventrem, auctoribus Aeliano et Scholiaste in Aristophanem, sita est, contineri, scribit, minusque hujus quam *Sepiam*, et quidem ad mutum habere, quod brachia habeat coloremque mutet, ubi amissum est, accrescere, et nunquam ejus copia desit, Aristoteles addidit.

Caput ei praedurum quam diu vivit, et quasi inflatum est. Alveus id in caeteris mollibus dicitur, quod brevius et rotundius conspiciatur. *Oculi*, supra duos pedes: *Os* et dentes in pedum medio. *Pedes* habet ut reliqua octonos membrana interjecta magnos, non solum ad natandum, sed et ad

Arist. H. A. l. 4. c. 9.

Aristot. de part. l. 2. c. 8.

Athen. Diogen. l. 7.

Aristot. de part. l. 4. c. 5.

Arist. H. A. l. 9. c. 37.

Athen. Diogen. l. 7.

Arist. H. A. l. 4. c. 1.

Plin. H. N. l. 9. c. 29.

Scalig. Exerc. 218. Bellon. Observ. l. 1. c. 14.

Galen. de sympt. caus. l. 3.

Locus. Plut. qu. natur. 19.

Athen. l. 7.

Strabo Geogr. l. 3. Oppian. Hal. l. 1.